FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pavlli Manvtii Commentarivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis Epistolas Commentarivs

Manuzio, Paolo

Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX

VD18 90852230

Epistolae XIV.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-219543

Visual Library

EXPLANATIO.

Tali tuo tempore] Exſulabat Ligarius, quod in Africa in Pompeianis partibus fuiſſet. vide orationem.

Aut conſolandi, aut iuuandi tui cauſſa] Lib. 4. epiſt. 13. *In quo debebat eſſe aut promiſſio auxilii alicuius, aut conſolatio doloris tui.* et epiſt. 10. huius libri: *Tali tempore aut conſolari, amicorum eſt, aut polliceri.*

Et ſententiam et voluntatem] Sentiebat, in eum non fore Caeſarem duriorem: quid autem eius cauſſa vellet, re potius, quam verbis, ſe eſſe declaraturum, infra dicit.

Res] Epiſt 10. *Ipſa cauſſa ea eſt, vt iam ſimul cum republica, quae in perpetuum iacere non poteſt, neceſſario reuiuiſcat atque recreetur.*

Dies] Quae omnia minuit ac mollit lib. 4. epiſt. 5. lib. 5. epiſt. 16. lib. 7. epiſt. 28.

Opinio hominum] Quia videt bene homines de te ſentire; nec putare, diutius eum huic iraſci cauſſae oportere.

Mitiorem] *Durum* et *mite* opponuntur. *Mitiorem* igitur ſubiunxit, quia *duriorem* dixerat.

Ex Africa nuncius] De Pompeianis in Africa deuictis.

Ipſum] Sua ſponte, nemine ſupplicante aut intercedente.

Diuturnioribus moleſtiis] Arma enim, ſemel in Theſſalia ſuperati, abiicere noluerunt.

Quantum in ea republica, de qua ita ſum meritus] Idem epiſt. 10.

Eadem cauſſa opes meas fregit, quae tuam ſalutem in diſcrimen adduxit] *Eadem de cauſſa noſtrum vterque cecidit.* epiſt. 10.

Imago veteris meae dignitatis] Epiſt. 10. *reliquiae priſtinae dignitatis* dixit. et lib. 4. epiſt. 14. *Ne veſtigium quidem vllum eſt reliquum nobis dignitatis.*

EPISTOLAE XIV.

ARGVMENTVM.

Exordii loco ſignificatio officii et amoris eſt: narratio, quid actum cum Caeſare ſit de Ligarii incolumitate, demonſtrat: concludit epiſtolam cohortatio ad laetitiam, et conſtantis in eo iuuando animi promiſſio. Eodem anno.

EXPLANATIO.

Si quis ERN. *quisquam eſt timidus — is ego ſum*] Ingenua culpae confeſſio fidem facilius inuenit in aliis rebus. Et eſt concinna figura: *ſi quisquam eſt, is ego ſum.* vt etiam lib. 15. epiſt. 4. *Si quisquam fuit vnquam remotus et natura, et magis etiam, vt mihi quidem ſentire videor, ratione atque doctrina, ab inani laude et ſermonibus vulgi, ego profecto is ſum.* Et lib. 5. de Fin. c. 26. *Si eſt quisquam, qui acute in cauſſis videre ſoleat, quae res agatur, is es profecto tu.*

Franckesche Stiftungen zu Halle